

www.e-rara.ch

**Jacobi Pontani de Societate Jesu Progymnasmatum latinitatis sive
Dialogorum selectorum libri duo**

Pontanus, Jacobus

Friburgi Helvetiorum, 1606

Bibliothèque cantonale et universitaire Fribourg

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135260>

Illustribus, generosis, nobilibus, honesto loco natis adolescentulis, per gymnasia societatis
Iesu grammaticae studiosis Iacobus Pontanus ex eadem societate Iesu S.P.D.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Antonia

t

ILLVSTRI-
BVS, GENEROSIS,
NOBILIBVS, HONE-
STO LOCO NATIS ADOLESCEN-
tulis, per Gymnasia Societatis IESV
Grammaticæ studiosis

IACOBVS PONTANVS
ex eadem Societate IESV S.P.D.

LACEDÆMONIORVM Re-
gem Agesilaum, & parentem
philosophiæ Socratem, aliquando
domi cum pueris suis equitasse lu-
dibundos in arundine scriptum
lego. Quod factum si quispiam in tam graui-
bus, fortitudinēque ac sapientiæ laude præ-
stantibus viris ad lenitatem potius, quam
ad pietatem, & ad illum dulcissimum affe-
ctum, quem erga natos, præsertim teneros
ac pusillos natura parentib. inussit, referen-
dum putabit, non falso ipse lenis, parumq;
A 2 in sen-

in sententia dicenda prudens habebitur. Hæc Agesilaus ipsemet, videte, quàm urbanè docuerit. Prætereuntem forte amicum, & novitatem rei admirantem, aduocans rogauit, ne cui ante narrare vellet, quod improviso aspexisset, quàm ipse quoque legitimos liberos quæsiuisset. Ex quo discere hominem cupiebat, quod ipse tum sentiret, illam similiter, cùm tempus venisset, sensurum esse: & neminem scire satisposse, quo pacto afficerentur parentes erga liberos, cui ipsi ut pater vocaretur nondum contigisset. Dicit aliquis; quorsum tendit hæc tam festina commemoratio? quid tibi tam suauis exemplo petis? Quid petam? Hoc certè: Præceptores, eosq; potissimum, qui nulla mercede Præceptores sunt, parentes alteros numerari oportere: qui q; genitū est, de integro, ac multo nobilius gignūt: quoniam paulū distantes à conditione belluarum, homines, id est, deo proximos efficiunt. Nec vlla mater ullo in seculo tam florēti specie sobolem partu dedit, qua non formosiores probatissimi Præceptoris industria procreārit. Atque ut soli norunt, quomodo affecti sint erga filios, qui

suo eos satn conceptuq³ ediderunt : sic soli
Doctores ac magistri sciunt, quantopere, &
quàm sanctè ac diuinè diligant, quos erudi-
endos susceperunt : quorum causa ipsimet
repuerascere, seseq³ ad angustos illorum cap-
tus demittere, discantibus blandiri, & ut
breni comprehendam, ita eos tractare non
dedignantur, quasi cum ipsis in arundine
longa obequitarent. Omnis autem eorum
labor, omnis cura & sollicitudo in filiorum
suorum animis fingendis, & ad suam maturi-
tatem perducendis consumitur : qui quan-
to corporibus è materia dissolubili coagmen-
tatione concretis antecellunt, tanto liberior
di parentes prioribus antecire censeantur.
Non enim si sine illis in hanc lucem ingressi
nunquam essemus, ideo etiam magistris pre-
stare dicendi sunt. Sed quemadmodum qui
corpus generauerunt, plus amant filios, quàm
amantur à filiis : sic plerumque ardentius
amantur à magistris discipuli, quàm à disci-
pulis magistri : quorum virtuti non potest
optabilior, aut cumulator persolui merces,
quàm presentes culturae fructus, & recenti-
bus animis eximia per laborem ipsorum, &

in omnem vitam parva utilitas. Quam-
drē causse nihil est, cur ego vos ad redaman-
dos Præceptores adhorter, cum ipsimet quo-
tidie ante oculos eos habeatis, & modis om-
nibus eorundem erga vos charitatem bene-
volentiamq; maximam experiamini. Quia
verò in omni disciplina etiam multi quidam
magistri sunt, qui scriptis libris nos docent,
nō poterit quisquam dubitare, quin illis quo-
que pars amoris remetienda sit. In quorum
ordinem cum non meo arbitrio, sed alieno
imperio venerim, & voluntatis erga vos meæ
huius libelli editione novum testimonium
attulerim, si denique tam multos atque inge-
nio excellentes adolescentes mei cupidos ac
memores factos, ut sæpe aliàs, intellexero,
gaudia pectus meum etiam atque etiam per-
sentabunt. Valere. Augustæ, XIV. Kalend.
Febr. XCI.

INDEX SELECTORVM PRO.
gymnasmatum.

LIBER PRIMVS.

Ex volumine primo.

1. Filius paruulus à matre Magistro cōmenda-
2. Elen. entorum conformatio 9, (tus. Pag. 1
3. Sæ